



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio XI. De Confeßionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

SECTIO XI.

De Confessionibus.

LL.

Luc. 19. l. & 3. D. de confess. Farinac. q. 50. n. 20 Farinac. q. 43. n. 21 g. l. in fin. de confess. in g. l. i. C. de confess. Farin. q. 1. n. 97. & q. 30. n. 16 Farin. q. 1. n. 32. Farin. q. 21. n. 34 & q. 33. n. 6. Farin. q. 2. n. 25. Farin. q. 37. n. 46. 7. & 103. cum seq. Farin. d. 4. 37. nu. 110. Farin. q. 38. nu. 78. Farina. sup. nu. 17. Farin. q. 47. nu. 8. Farin. q. 36. nu. 84. Farin. q. 41. nu. 55.

N rite confessos non aliud iudicis officium, est quam condemnandi. iuxta illud Christi Domini; *Ex ore tuo iudico.* & illud Iuriconsulti confessus pro iudicato est. quia quodammodo sua sententia damnatur. *a.* Intellige si confessio sit clara, certa, verisimilis, constans, & legitima. nam obscura & dubia in fauorem interpretanda confidentis *b.* parum idonea est ad iudicandum. Verisimilis etiã sit oportet, quia inuerisimilis nunquam sufficit ad condemnandum *c.* Inuerisimilis autẽ est, quæ dere est impossibili, aut omnino falsa *d.* quod concedimus Ponzinibio, & Godelmanno; sed contendimus eos errare, dum in Lamiarum confessionibus ea dicunt notorie falsa & impossibilia, quæ vera & possibilia nos esse docuimus supra *lib. 2.* Legitima etiam sit oportet; hoc est non præsumpta tantum, nec ficta tantum fictio iuris (nisi ex contumacia, quæ liquidissimam inducit probationem *e.*) nec contra quam colorate aliqua obijciantur: nec quãdo est incidenter tantum facta, vel metu tormentorum, vel extra iudicium, vel in figura tantum iudicij, vel absente parte, vel in iudicio summario, aut nullo *g.* erit autem bona in casu Lamiarum & hæreticorum, etiamsi non constet de corpore delicti *h.* Dicetur facta metu tormentorum, non tantum si grauitertortus fuit; sed etiam si fuerit leuiter tortus, leuatus ad torturam, ductus ante eculeum, spoliatus, vel si seriaz minę de torquendo præcesserint, quoad eos qui timidi sunt & torturaz inafueti *i.* Item vt sit legitima, necesse est.

A non sit extorta, nullis vel non iuricibus indicijs præcedentibus: nam talis esset nulla & inualida, etiamsi millies foret ratificata *k.* idem, si in repetitione quæstionis sit extorta, quando non licebat iudici repeteri. idem si extorta per Iudicem pendente appellatione à sententia torturaz *m.* idem si confessio extorta à reo, contra quem sola fama vrgebat, etiamsi sæpius ratificetur *n.* idem si emanarit ab eo, cui denegata defensio, vel copia indiciorum *o.* idem si sit illius, qui qualibet ex causa de iure torqueri non debeat *p.* confessio autem & conuictio per legitimam quoque torturam adhuc ante condemnationẽ dandus est terminus ad se defendendum, etiam non petenti ex æquiori & receptiore sententia *q.* Fallunt ista in eo qui à natura mutus simul & surdus foret: qui non potest, ex sua confessione signis declarata, condemnari: quare frustra torqueretur: sed damnari duntaxat potest ex testimonio depositione ac probatione *r.* Denique quæri potest, an qui confessus factum maleficum, negat se praua intentione fecisse, sit audiendus? vt plurimum, quia præsumptio ei contraria est *s.* puniendum nihilominus constat *t.* etiamsi iuramentum offerat de recta intentione: interdum tamen poterit iudex iuratum reum admittere ad probandum aliqua verisimilia, quibus confessio eius elidatur. Quod si res dubia sit, poterit reus torqueri, vt intentionem suam proferat, vt bene post Lanfranc. & Bossum, asseruit Simanc. *prax. ha-*

ret. titul. 20. numer. 10.

* *

* *

QVÆ